



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

13 Dioecesanae Synodo, quinam interesse teneantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

mani, & ex dispositione Conc. Trid. Episcoporum jurisdictioni subiacent, etiam decretis Conciliorum Provincialium subduntur, ita quod contra inobedientes juris remedijs procedi potest, *ut in decis. super eod. cap. 2. §. nec tenentur.*

7 Possunt etiam ¶ procuratores Episcoporum decisivam vocem habere de consensu tamen Concilij Provincialis, sed Abbatum, & Commendatariorum procuratores vocem duntaxat consultivam in eod. Concilio habere possunt, *ut in eisdem decis. super eodem cap. 2. §. Abbates, & §. Episcoporum.*

8 Interesse ¶ possunt etiam Concilio Provinciali laici invitati, & in eo votum consultivum habere, *ut ibi, §. item laici.* Episcopi autem tenentur ad observationem decretorum Concilij Provincialis etiam, quod lapsu decennij non fuerint observata, *ut ibidem in verb. ibi nec Episcopi, & subtit. Majoricen.*

Capitula etiam exempta, & immediate Sedi Apostolicæ subiecta tenentur ad observationem decretorum illius Concilij Provincialis, ad quod eorum Episcopus accessit, *ut in decis. super eodem cap. 2. subtit. Vercellen. & in ver. ibi observent.*

9 Episcopi autem, ¶ qui nulli Archiepiscopo subijciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligere, in cujus Synodo provinciali cum alijs interesse, & quæ sibi ordinata fuerint observare, ac observari facere debent, ut per Concil. Trident. *eadem cap. 2. §. item Episcopi sess. 24. & qui modo prædicto semel Archiepiscopum elegerunt, ¶ si ad Synodum non accesserint, debent causam allegare, quæ, si legitima non fuerit, pœnas à sacris canonibus sancitas incurrunt, ut d. cap. 2.*

in fine, & congregatio Conc. super eod. cap. in verb. isti Episcopi. Pœnæ autem à sacris canonibus infl. etæ sunt, quod Episcopi interesse Concilio negligentes communionem aliorum Episcoporum usque ad sequentem Synodum sunt privati, cap. placuit il. 2. h. und. glot. in ver. communione, cap. si quis autem, cap. si Episcopus, & cap. si quis Episcoporum 18. dist. ¶ Archiepiscopus enim, Episcopusve, non convocans Synodum de jure communi venit suspendendus, sed non est suspensus ipso jure, ut decis. super d. cap. 2. quæ incipit, Archiepiscopus.

12 Synodi quoque diocesanæ ¶ quotannis celebrari debent, ad quas exempti omnes, qui aliàs cessante exemptione interesse deberent, ¶ & capitulis generalibus non subduntur, accedere tenentur ratione tamen parochialium, aut aliarum secularium ecclesiarum, etiam annexarum, tenentur ij, qui illarum curam gerunt, quicunque illi sint, Synodo interesse, *ut d. c. 2. §. item Episcopi, sess. 24.* etiam rectores qui nullius diocesis sunt, tenentur accedere ad Synodum diocesanam illius Episcopi, qui tanquam proximior, potest eas ecclesias visitare, ex decreto ejusdem Concilij c. 9. *eadem sess. 24.* quia, cum jus habeat visitandi istos parochos, frustra viderentur visitari, nisi prius ad Synodum vocati, & instructi essent, in ijs omnibus, quæ scire eos oportet, ut fuit in eadem sacra congregatione decisum *super eod. c. 2. in verb. ad quas exempti, & quod Rectores parochialium nullius diocesis teneantur accedere ad Synodum viciniorē, fuit etiā sup. eod. c. decisum, ut in dec. subtit. Sarfinat.* Omnes etiam curam animarum habentes Synodo diocesanæ

K interesse

interesse debent, ut *ibid. sub tit. Tarvisin. c. ex ore. de privil. & Innoc. in c. quia super. de majorit. & obe.* eodemque ordine quo supra in Concilio Provinciali Episcoporum inferiores federe debent.

14. Muneris hujuscemodi memor Dominus meus Io. Stephanus Ferrerius, qui trigesimo primo ætatis suæ anno ecclesiæ Vercellen. gubernatione suscepit, episcopaliū virtutum studio florens, admodum salutarem, ecclesiasticæque disciplinæ valde accommodatum, & utilem usum cogendi quotannis Synodum diœcesanam ex sanctorum Patrum institutis ad facti Concilij Tridentini præscriptum, quantum in se est, retinere volens, ac conservare, ut *d. c. 2. s. Synodi. quoque, de reform. sess. 24. c. d. Concilij, & c. quondam quidem, 18. dist. primo sui Episcopatus anno in sua Cathedrali basilica Synodum convocavit, in qua nihil non egit, nihil non attigit, quod ad cleri, & populi sibi commissi Christianam, ecclesiasticamque disciplinam retinendam, atque augendam spectare judicavit, ut cap. 1. d. cap. de Concilij, & cap. non oportet, ead. 18. distin. salutariaque decreta in albo ponenda edidit, & promulgavit.*

In eam curam præcipuè incubuit, ut clericorum seminarium ante plures annos pie erectum in perfectiori forma constitueretur, ideoque illud non tantum in necessaria novæ fabricæ instauratione ad decentiorem, & commodiorem statum reduxit, adhibita etiam novi oratorij constructione, verum etiam minorum numerum augendo, eorumque munera singillatim, & accuratè præscribendo, plurimæque alia ad ejusdem seminarij perfectam directionem accomo-

data obeundo, ut omni ratione propagaretur, juxta dispositionem Concil. Trid. cap. 18. de reform. sess. 23.

Certumque locum delegit, ubi clerici in sacris constitutioni collegiatim vivere possint, ut ad presbyteratus ordinem assumendi, deque parochialibus providendi, ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda Sacramenta, atque ad casuum conscientiæ cognitionem instructi, & edocti, diligenti examine præcedente, comprobentur, & admittantur, juxta ejusdem facti Conc. Trid. dispositionem, ut *cap. 14. sess. 23. cap. 18. sess. 24. & cap. 9. sess. 25. de reform.*

Præterea, ut factis reliquiis, quæ plurimæ in supradicta ecclesia, & insignes habentur, debita veneratio, & cultus adhibeatur, ut per Conc. Trid. *de invoc. vener. & reliq. sanct. s. sanctorum quoque, sess. 25. & cap. unic. eod. tit. in 6. amplum, & decentissimum reliquiarium loco eminenti pro illis recondendis impensa non parva construendum curavit. Cætera taceo, quæ in Episcopali solitudine jugiter aggreditur, non sine magna ovium sibi crediturum consolatione, & utilitate.*

15. Episcopus verò in eadem Synodo potest constitutiones facere absque consensu capituli, & cleri, licet requirendam sit ejus consilium, præterquam in casibus quibusdam à jure expressis, ut *in decis. super eod. cap. sub tit. Vercellen. & alia sub tit. Trid. Vercellen.*

Quoniam autem concilia tam generalia, quam provincialia, & diœcesana celebrantur præcipuè pro animarum salute procuranda, scandalis obviandis, & moribus reformandis, patumque esset concilio-